

COMMENTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

D E

ACCEPTATIONIS,

QVAM VVLGO VOCANT,

NECESSITATE IN DONATIONIBVS
MORTIS CAVSA

Q V A M

S V B A V S P I C I I S R E G I I S

LLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R O

S V M M I S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R I B V S

R I T E C A P E S S E N D I S

P V B L I C E D E F E N D E T

DIE XXX DECEMBRIS CICCCXCVII

DETLEVICVS FRIDER. DREVES

BOICEBURGO - MEGAPOLITANVS.

G O T T I N G A E

T Y P I S I O A N N . C H R I S T I A N . D I E T E R I C H .

4000

14

453
1797, 2



COLLECTATIO INAGRAEATI VAPHEIS

DE

ACCEPATIONE

ALLEGORIAS

IN DOMINUM
MOTUS CAVI

PA

649

SUBVAPHEIS ALLEGORIAS

ALLEGORIAS INAGRAEATI VAPHEIS
ACCEPATIONE

649

ALLEGORIAS INAGRAEATI VAPHEIS

MOTUS CAVI

TANTOQ. MATERIA

DIGITALIS PROKURATIUS DEI CECOATI

ALLEGORIAS INAGRAEATI VAPHEIS

ALLEGORIAS INAGRAEATI VAPHEIS

5 A. 1767.70.2. AD 1811.11.16.
PATREM OPTIMVM ATQVE INDVLGENTISSIMVM

VIRVM SVMME REVERENDVM

PETRVM
SIMONEM DREVES

SACRORVM CIVITATIS BOICEBURGENSIS MINISTRVM
PRIMARIVM EIVSDEMQUE DIOECESIS PRAEPOSITVM

HASCE STVDIORVM ACADEMICORVM

PRIMITIAS QVALES CVNQVE

V T P I E T A T E M P R O B A R E M

MITTO

A V C T O R.

M

M

Praemonenda.

Ad dissoluendum tandem nomen, quod promissa ante aliquot abhinc menses qualunque commentatione inaugurali contraxeram, quaestionem mihi ex prudentiae iuris ciuilis ambitu tractandam elegi, de qua in utramque partem multa sunt disputata disputanturque quotidie; quae tamen, — nisi me amor negotii suscepti fallat — haud indigna, cui operam etiam meam, nescio quam, darem atque tribuerem. Ceterum mihi in patriam citius, quam putaram, redeunti, eamque ob causam occupationibus impedito non magnis illis quidem, sed multis tamen et modestis, materies in qua versari iuuat hoc habet boni et commodi, ut breuiori temporis spatio possit absolui, quam aliae iuris particulae, quae melioris frugis facile viderentur. Index ipse dissertationis, me eorum a partibus stare indicit, qui petitis sumtisque ex le-

A 3

gibus



gibus ac negotii natura argumentis, mutuum consensum in donatione mortis causa necessarium contendunt. Itaque ingenue fateor, hoc tantum me agere atque spectare — quod consilium etiam vanitatis quamvis notam effugere videtur — ut, quibus sententia, cui subscripsi, possit defendi rationibus, iusto ordine atque oratione perspicua legeretur et mecum iam bene paeclareque agitur, si huncce finem sim consecutus. Ignoscas, beneolle lector, qua humanitate es, temporis angustiae meae que festinationi, si summa in excolendis operibus manus, haud omnino perspiceretur.

2

the conditions of the poster system.

reis zinoitano abius. I. reis zinoitano oisell

Instituti ratio.

Consideratis recte ac diligenter omnibus, quae
in materia, quam subiecintus sunt attendenda,
non dubitamus, quin ea probetur ratio, quam
de industria nos sumus secuti. Descripsimus
enim totum libellum in partes duas, quarum
priorum qnaestionem continentem: vtrum in
donatione in genere, mutuis requiratur con-
sensus, quem acceptationem sunt qui dicant;
an aduentilia tantum sit haec donatarii de-
clarata voluntas? excipiet pars altera, in qua
explicanda praecipue versetur. Nam cum in
promptu sit intelligere, donationem causa mor-
tis partem esse atque formam generis distri-
buti, scil. donationis, illa ab hac non optime
potest diuelli, imo praemittenda videtur. Sed
vereor ne sint fortassis, qui dicant inesse
hunc argumentorum dispositioni quandam
Principii petitionem, quippe cum de eo vel
maxime disputaretur, vtrum mortis causa do-
nationis, donationibus sit adnumeranda; an alias

S. 1 A 4

negotii naturam induat? quod tamen nobis,
nil in fronte libelli hac ex re colligentibns
minime vitio verti potest.

§. 2.

*Notio donationis in genere et deinde donationis inter
viuos definitio.*

Placet igitur, ut distinctam eius de quo agi-
tur comprehensam animo habeamus notionem
et insignitam, ante definire: quid sit donatio?
Donatio in sensu lato est *actus*, quo alicui
res gratis traditur. In sensu speciali, quo
nos hoc loco vtimur est a) *conuentio*, de re
in alterum gratis transferenda. Hocce do-
nationis genus duas complectitur partes, scilicet
donationem, quam inter viuos vocant et mor-
tis causa donationem. Illa est b) *rei datio* ve-
premissio ex mera liberalitate et munificentia
hac mente facta, ut nullo casu recipiatur. Pro-
pria c) legibus etiam appellatur haec donatio.
Mortis causa donatio autem est *hoc modo facta*.

a) Cf. §. 553 Inst. WALDECKII, Viri illustris, praecepsi-
ris pie colendi et amandi.

b) HOFACKERI Principia iuris civilis Romano-Germanici
T. II. §. 987.

c) L. I. pr. D. de donationibus. Alias quoque simple
dicitur (L. 20. §. 3. D. fam. ercisc.) et mera atque ab
soluta (L. 35. §. 2. D. de mort. caus. donat.)

obis, *donatio d*), *vt non*, nisi morte *donantis ante*
tibns donatarium firmetur. --- et impropria *e*) est
 ex adiectione causae futurae. Sed fusius de
 hac donationis forma postea agetur.

§. 3.

Quaedam de vocabulo acceptationis.

Operae pretium videtur paucula adiicere
 de vocabulo *acceptationis*, ne hoc omittentes
 aliquid neglexisse videamus. Quod attinet ad
 vocabulum *acceptare*, quod hic consensum
 quo exprimit, quo donatarius collatam in se a do-
 natore liberalitatem ratiabit eamque ratiha-
 bitionem vel verbis, vel factis declarat; nec
 quisquam iure quodam infinitas ire mili vide-
 tur, hoc Latii fines transcendere *f*). Non
 ignorat quidem aurea illa, quam vocamus
 aetas, vocabulum *acceptare*, sed plane alia
 A s vsur-

d) HORACKER loc. cit. §. 1008.

e) Cf. 1. pr. D. de donat. Dat aliquis, *vt tunc deinde* accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit; non pro-
 prietate donatio appellabitur, sed totum hoc *donatio sub*
conditione est. Item cum quis ea mente dat, *vt statim* quidem faciat accipientis, si tamen aliquid factum fue-
 rit, aut non fuerit; velit ad se reuerti: non proprietate dicitur, sed totum hoc donatio est quae sub
 conditione solvatur: qualis est mortis causa donatio.

f) Cf. WINCKLERI Progr. de donatione et aduersus eius
 acceptationem observationes grammaticae.

vsurpauit significatione. Latinum nempe est
et apud satis bonos repertum auctores, si pro
frequenter vel iterato accipere adhibetur g).—
Sed cum multa ex officina recentiorum iure
consultorum barbarie sordibus inquinata in
scholis recepta inueniantur, quae illi optimi
non habent nomina, hanec quoque vocabuli
veteribus incognitam significationem adoptare,
etiam ad polite disserendi facultatem adspira-
ranti nulla religio videri potest. Ceterum hoc
est certissimum, rem ipsam legibus esse fun-
dataam, etiamsi alia legantur nomina.

Quaestio explicatur: an ex gentium iure ad donationem perficiendam donatarii consensus requiratur?

Sequitur ut cognoscatur quam breuissime
atque definitur quaestio: an ex iure gentium,
ius naturae quod dicant, ad perficien-
dam donationem acceptatio requiratur? quod
affirmandam ex eo putamus, quod ex ipse
notione donationis iusta eluceat atque appa-
reat, donationem ad conuentiones pertinere,
quae absque mutuo paciscentium consensu ne
cogitari quidem possunt h). — Opponunt qui-

g) PLAVTUS Pseud. II. 2. 5.

h) Cf. ill. HUFELANDII *Lehrsätze des Naturrechts*. 2. Aufl.
§ 635. coll. §. 299.

dam temere praesumendum esse semper in donatione donatarii conseusum, quippe cum nec quisquam tam stulte agere possit, vt liberalitatem in se collatam recuset; quod tamen non eo valet, villam vt necessitatem accipiendi cuiquam adferat i); praesertim cum multae etiam donationem recusandi causae occurrant, quas hic enumerare non attinet.

§. 5.

Ex iure Romano donationes pactisque adnumerantur.

Iam progrediamur ad id, quod caput est in quaestione definienda, scil. ad iuris Romani fontes; ibique multa ad sententiam de acceptationis necessitate defendendam atque argumentis sufficiendam adiumenta inueniuntur atque praesidia, inter quae primus locus huic rei tribuendus videtur, quod plures Codicis iuris Romani leges donationes conuentionibus pactisque adnumerent -- id quod etiam iuris gentium praeceptis (vti ex antea monitis pateat) atque sanae rationi quam

FICHTI, acutissimi Philosophi Ienensis, *Grundlage des Naturrechts nach Prinzipien der Wissenschaftslehre.* Th. 2. p. 98. 99.

i) Gundlingiana St. 29. Quaest. *Ob in Schenkungen Acceptation nothwendig?* §. 5.

quam maxime consentaneum est. Ut alias taceam ad propositum nostrum has tantum landare leges sufficiet; IVSTINIANI Imperatoris haec leguntur legis verba *k*): “*Contractus venditionum vel permutationum vel donationum* quas imitari non est necessarium” et s. p.

Iisdem nititur principiis eiusdem legislatoris sententia, constituentis *l*): “Si quis emptionis, vel *donationis* vel alterius cuiuscunque *contractus* titulo rem aliquam bona fide per decem vel viginti annos possederit, et longi temporis exceptionem contra dominos eius, vel creditores hypothecam eius praetendentes sibi adquiseuerit; posteaque fortuito casu possessionem eius rei perdidit, posse eum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere sancimus.”

Vocabulum *contractus* hoc loco sumi latiori sensu facile intelligitur, quo etiam pacta simplicia complectitur. --- Hisce ex legibus facile argumentari potest pro acceptatione necessitate *m*). Sicuti enim sine vtriusque vel

k) L. 17. C. de Fide Instr.

l) L. 8. pr. C. de praescript. xxx vel xx annorum.

m) BAVER Prog. de forma donationis causa mortis — Opusc. T.I. p. 286.

alias
ntum
erato-
actus
donata-
ium"

contrahentis vel paciscentis consensu, neque
contractus, neque pactum subsistit; ita con-
sensus donatarii adeo est necessarius, vt ille
omissa voluntatis suae manifestatione, non
habeat ius perfectum ad rei donatae traditio-
nem exigendam.

§. 6.

*Leges citantur in quibus directe ad donationem ineun-
dam acceptatio praescribitur.*

Sed mittimus hoc, quod nihil necesse ha-
bemus pluribus persequi, donationes legum
auctoritate conventionibus tanquam partes
esse subiectas; alii etiam inueniuntur loci, ex
quibus quam luculentissime perspici potest,
utriusque consensum, et donantis et donatarii,
ad donationem perficiendam necessarium esse.
Diserte statuit IAVOLENVS: "In omnibus rebus,
quaes dominium transferunt, concursat oportet,
adfectus ex utraque parte contrahentium:
nam siue ea venditio, siue *donatio*, siue
sconductio, siue quaelibet alia causa contra-
hendi fuit, nisi *animus utriusque consentit*,
sporduci ad effectum id quod inchoatur non
potest." --- Iisdem nititur rationibus
Constantini imperatoris responsum o) haec
verba

n) L. 55. D. de oblig. et act.

e) L. 26. C. de Donat.

verba continens: "Si quis in emancipatum
 „minorem, priusquam fari possit aut habere
 „rei, quae sibi donatur, affectum, fundum
 „crediderit conferendum, omne ius compleat
 „instrumentis ante praemissis. Quod ius per
 „cum seruum, quem idoneum esse constitue-
 „rit, transigi placuit, ut per eum infanti ad-
 „quiratur." Haec serni substitutio non requi-
 ritur ad donationem per traditionem consum-
 mandam, sed ut seruus infantis, quia hic
 fari aut consentire nequit suppleat affectum
 i. e. consensum atque tum demum donatio-
 transacta et perfecta censeatur; quo nihil pot-
 est esse clarius.

§. 7.

Continuatio.

Non contemnendum etiam argumentorum
 cumulum hisce in legibus, quibus nostra sen-
 tentia, nisi simpliciter, aliquo tamen modo
 probetur et quae nulla indigent interpreta-
 tionem, inuenies p): "Non potest liberalitas no-
 „lenti adquiri." -- Aptiora tamen ad consensus
 donatarii necessitatem probandam Pauli viden-
 tur verba q): Absenti, siue mittas, qui ferat, si-

p) L. 19. §. 2. D. de Donat.

q) L. 10. D. de Donat.

„ve quod ipse habeat, sibi habere eum iubear, donari recte potest. Sed si nescit rem,
 que apud se est, sibi esse donatam, vel missam sibi non acceperit: donatae rei dominus non fit, etiam si per seruum eius, cui donabatur missa fuerit: nisi ea mente seruo eius data fuerit, vt statim eius fiat r).”

§. 8.

Sublata Cincia lex nihil valet ad acceptationis inutilitatem probandam.

Sunt qui ex legis Cinciae abolitione nostrae sententiae contrarium probare studeant^s), valde errantes, cum huiusc legis historiam indeolemque haud cognoscere videantur. Ante legis Cinciae tempora ad donationem perficiendam stipulatio t) tantum, vt omnes eidarentur effectus ciuiles requirebatur. Cincia deinde lex, vt aliquo modo donationes impediret u), quarum multitudo reipublicae detrimenti

*) Cf. DOMAT Les loix ciuiles dans leur ordre naturel. Nouvelle Edition. Paris 1777. T. I. p. 121.

) a LUDWIG D. de differentiis iuris Romani et Germanici in donat. et barbari adnexus acceptatione. Diff. I.

t) De legis Cinciae indeole cf. BRUMMER ad Legem Cinciam.

u) Eadem fortassis ratio L. 29. C. de Dorat., qua est cautum, vt donatio 500 solidorum modum excedens actis insinuetur

trimenti aliquid adferre visa *mancipationis* etiam atque *solennis traditionis* adiecit necessitatem. Sublata temporis progressu Cincia lege, scil. qua ciuium libertas nimis arcta, omnia paullatim ad pristinum statum reducita sunt, et Iustinianus Imperator v), nudo donationis pacto eadem vim quae stipulationis contractui inest attribuit, ita ut hodie do ratio ad legitima pacta fit referenda. Quae ex re quis vlo iure potest colligere mutui paciscentium consensus necessitatem esse sub latam? et donatarii consensu nunquam opus fuisse, nisi per longius internallum illud, ^{atque} ^{return} quod inter primam Cinciae legis promulgationem et abolitionem intercesserat?

§. 9.

Pars dissertationis altera, in qua de acceptationis necessitate in mortis causa donationibus agitur.

Hactenus de consensu donatarii in donatione in genere necessario. Deinceps --- v erat propositum --- de acceptationis necessitate in m. c. donatione agimus, ad quam pro bandam

nuetur publicis. Plures vero donationes dinensis temporibus factae D. solidos excedentes insinuatione mo indigent, si modo vna donatio in fraudem legis in plures non sit diuisa. L. 34. §. 3 eod.

v) Nov. 162.

bandam pars dissertationis prior maximi est momenti. Nam si modo euicerim, ut donatio in genere donatarii requirat consensum atque sine eo ne intelligi quidem possit, facile inde colligi potest, eadem principia, rationes easdem in m. c. donatione valere, quippe quae illius pars est subiecta, quod in hac dissertationis sectione pluribus persequi animus est. Omnibus numeris aptam et absolutam non inuenimus in legibus m. c. donationis definitionem; fundata tamen legibus opus est que negotii naturae conueniens adoptata videtur definitio, secundum quam mortis causa donatio haec est, *quae et fit lege, ut non, nisi morte donantis ante donatarium perfecta sit* ^{x)}. Itaque ex ipsa definitione consequitur, namque per se clarum est, mortis causa donationi tacitam adnexam esse conditionem futuram: *ut donatio non prius perfecta sit, quam si donatori non reuocanti donatarius superuixisset* ^{y)}. Ad mortem usque eam semper

^{x)} Cf. ill. WALDECKII Instit. §.353.

LAVTERBACH D. de mortis causa donatione.

FROMMANN D. Different. primar. donationis simplicis et mortis causa. Tub. 1674.

^{y)} Singulare quidem modo haec m. c. donationis indebet legibus explicatur hisce verbis: "Mortis causa donatio

per reuocare licet a), sine fiat expresse, siue tacite, ita vt ipsa traditione b) rei donatae facta nihil mutetur, quia traditio iustae caucae s. tituli sequitur naturam.

§. 10.

Tres mortis causa donationis partes.

Satis quidem constat inter omnes, qui inter Ictos nomen profitentur suum, ipsa legum auctoritate m. c. donationem tres praecipue in partes esse distribuendam. Prima autem eam continet m. c. donationem, cum quin nullo praesentis periculi metu conterritus, se sola mortalitatis cogitatione commotus donat. Altera est, cum quis imminentे periculo commotus ita donat, vt statim fiat accipientis r

„est, cum quis habere se vult, quam eum cui donat „magisque eum cui donat, quam heredem suum.” L
pr. D. d. m. c. donat.

a) Cf. 29. D. eod. vbi Vlpini sunt verba: “Si mor „causa res donata est, et conualuit qui donauit, vide „dum an habeat in rem actionem? Et si quidem q „sic donauit, vt si mors contigisset, tunc haber „cui donatum est: sine dubio donator poterit rem vi „dicare: mortuo eo tunc is, cui donatum est. Si ve „sic, vt iam nunc haberet, redderet si conualuit „vel de proelio, vel peregre rediisset; potest defend „in rem competere donatori, si quid horum contig „set: interim autem ei, cui donatum est.”

b) L. 16. L. 30. D. de m. c. donat.

donatae dominium scil. reuocabile, vsque ad mortem donantis ex mortis causa donationis indeole atque natura. Tertia denique m. c. donationis pars intelligitur, *si quis periculo motus non sic dat, ut statim faciat accipientis, sed tunc demum, cum mors fuerit insecura e).* Maximum autem inter primam et tertiam m. c. donationis formam intercedit discrimen, in eo consistens, quod illa sola reuocatione probata irrita fiat; haec autem tessante periculo, cuius intuitu donatum fuerat sponte reuocata d) censeatur.

§. II.

Dissimilitudo inter m. c. donationem et capionem.

Huc pertinet quaestio etiam breuiter explicanda atque soluenda: quodnam sit discrimen inter m. c. capionem et donationem causa mortis e)? Cognata quidem m. c. donationi est eique non plane absimilis mortis *causa capio* videtur, quae significacione generali accepta omnem denotat acquisitionem, quae

B 2 propter

c) Iisdem fere usus sum verbis in constitutis m. c. donationis partibus, quibus VILEPIANS m. c. donationem in tres dividit partes in Leg. 2. D. de m. c. Donat.

d) L. 29. D. eqd.

* Io. FRID. LOEFFLER D. de mortis causa capionibus Lips. 1751.

propter mortem alterius sit f) et complectitur hereditatem, legatum, fideicommissum ipsamque, de qua sermo est, mortis causa donationem g). In sensu strictiori acquisitionem denotat, quae non ob mortem eius, qui liberalitatem exercet, sed propter tertii cuiusdam mortem praestatur atque nomine speciali et proprio caret h). Sic, ut exemplis illustretur res m. c. capio primo est, si quid donatur propter alterius mortem, tum, si ob hereditatis omissionem aliquid praestatur, denique, si heres vel legatarius ex voluntate testatoris propter tertii mortem aliquid praestare tenetur i).

§. 12.

Maximum discrimen inter m. c. donationem et quam
inter viuos vocant.

Haud scio an opera plane dignum sit ad
clariores m. c. donationis notionem reddendam paucula adiicere de dissimilitudine inter

f) Cf. HOFACKERI Principia iur. ciuil. Rom. Germ. T. II.
§. 1014.

g) L. 8. L. 18. pr. L. 31. pr. D. de m. c. Donat.

h) L. 31. pr. D. eod. et cf. STRUBEN Rechtl. Bedenken P. 5.
p. 100. Von den Kennzeichen der Donationis m. c.

i) L. 11. §. 59. eod. cf. HELLEFELD iurisprudentia forensis
T. II. §. 1710.

eam et inter viuos donationem. Donatio
 inter viuos, vti iam ex praemissis sequitur,
 pactorum simplicium pars est quoad omnia
 capita, atque ex regulis conuentionis omni-
 mode diiudicanda; haec autem m. c. donatio
 pactis multis in rebus absimilis cognoscitur,
 ita, vt mixtum' compositumque ex conuen-
 tione et ultima voluntate negotium esse vi-
 deatur (fluctuat inter conuentionem et ultimam
 voluntatem). Itaque maximum inter
 utramque donationem in eo consistit discri-
 men, quod *donatio inter viuos* valida iam sit
 censenda atque perfecta, si modo de paciscenti-
 um mutuo satis constet consensu; m. c. *do-*
natio e contrario ante mortem donantis libe-
 ralitatem non reuocantis minquam perfecta
 iudicanda. Iam vero eundem mortis causa
 donans consequi tendit finem, quem sibi quis
 in ultimis proponit voluntatibus, huncce scil.,
 vt non, nisi post mortem, si modo usque ad hanc
 in eadem animi sententia persistiterit, haec dona-
 tio valere incipiat. Nititur haec dissimilitudo
 Vlpiani Paulique verbis. *Ille*: "Non videtur
 perfecta donatio mortis causa facta antequam
 mors insequatur" k). *Hic*: Sed mortis causa
 donatio longe differt ab illa vera et absoluta
 B 3 „dona-
 k) L. 52. D. de m. c. dorat.

„donatione, quae ita proficiuntur; ut nullo
 „casu reuocetur“ l). Ipsa facultas m. c. dona-
 tionem reuocandi, ita eius naturae coniuncta
 et propria perspicitur, ut separata eique ad-
 empta negotium totum, in simile aliud mutet
 scil. in *donationem inter viuos*, quae do-
 natario legitimam praebet causam actione ex
 stipulatu vel condicione ex L. 35, §. 4. et L. 5.
 C. h. t. exigendi, ut promissa liberentur, res-
 que donata traderetur, nisi consummatio,
 quae vocatur ad mortem usque sit dilata.
 Huiusce rei indolem MARCIANVS ita expo-
 nit m): “Vbi ita donatur mortis causa, ut
 „nullo casu reuocetur causa donandi magis
 „est, quam m. c. donatio et ideo perinde ha-
 beri debet atque *alia quaevis inter viuos do-*
natio; ideoque inter viros et vxores non
 „valet et ideo nec falcidia locum habet, quasi
 „in m. c. donatione.” Disertissimus locus
 laudatus nihilominus auctores admissit diuer-
 sas in partes discedentes n) atque m. c. dona-
 tionem, cui clausula de reuocando adnexa
 donationibus mortis causa adnumerantur. Sed

l) L. 35. D. sed.

m) L. 27, de m. c. donat.

n) Dissenit inter ceteros Ioh. WOLFGANG Textor D. de
 donatione mortis causa per clausulam adnexam irreu-
 cabili. Altdorphi 1671.

quam sint, qui ita agant a veritatis via
aberrantes facile ex ipsa legis lectione intel-
ligi potest.^{o)}

*Mortis causa donatio in legibus species donationum,
vocatur.*

Iam traditis his, quae ad veram legumque
auctoritati consentaneam in c. donationis no-
tionem cognoscendam eamque ab donatione
inter viros recte discernendam pertinent, vi-
dendum etiam de acceptationis necessitate, ad
quam defendendam superiora sunt scripta. ---

Omnes iuris Romani leges de donatione in
genere constituentes atque ad eam perficien-
dam donatarii consensum imponentes neces-
sarium, praesertim cum in his generatim atque
vniuerse de hac re praeципiatur, ex vera na-
turalique interpretatione non ad donationem
magis inter viros, quam ad mortis causa
donationem extendantur necesse est; quod si
hanc possit negari, quam maxime pro accep-
tationis, quam vocant, necessitate certare vix-

B 4

detur

*o) Veriorem sententiam defendit Bosc. d. de revocandis do-
nationibus Lips. 1752.*

Nomen quidem in legibus retentum est ob mentio-
nem mortis factam.

detur p). Sed praeterea etiam aliquid curae tribuenti mihi, ut iuris auctoritate nixa videatur sententia, quam defendendam elegi, eamque ob causam iuris Codicem nostrum quam diligentissime peruestiganti lex aliqua occurrit, qua diserte atque luculenter m. c. donatio ad partes donationis in genere referatur. MARCELEVS scil. explicans, quodnam sit discriminem inter m. c. capionem et donationem hisce vtitur verbis q): "Nam mortis „causa donatur, quo praeſens praeſenti dat; „a mortis causa capi intelligitur et quod non „cadit in speciem donationis. Locus certe clarius est, quam qui interpretatione aliqua indigeat. Vt, nempe, recte discerneretur m. c. capio a donatione mortis causa, dicitur hoc loco: m. c. capionem non esse speciem donationis, ad quam tamen, donationem m. c. esse referandam. Ex his omnibus colligitur, quod per se iam potest intelligi, eadem valere in parte donationis, scil. in m. c. donatione, quae generi tributa inueniuntur, donec demonstrari potest, aliquid in illa mu-

p) Cf. KOECHI Meditationen über die interessanten Gegenstände der heutigen Civilrechtsgelartheit, vbi communitatio singularis legitur de quaestione nobis explicanda. P. 251.

q) I. 58. D. de m. c. donat.

curae
a vi-
elegi,
strum
aliqua
m. c.
refer-
am sit
natio-
mortis
i dat;
d non
certe
aliqua
ur m.
dicitur
speciem
em m.
colligi-
eadem
c. do-
untur,
la mu-
tatum

a Gegen-
commen-
plicanda.

tatum esse, sive sit ademtum, sine adiectum. Itaque omnia quae adhiberi possunt argumenta pro mutui consensus necessitate, cum omni donationi sint communia eo loco leguntur tradita, quo quibus argumentis acceptationis necessitas in donatione in genere defendi atque probari possit ostendimus, ita ut eorum repetitio inutilis foret atque supervacaneus labor.

§. 14.

Acceptatio etiam expresse in donationibus mortis causa legibus praescripta est.

Huic argumentationi haud contemmndae, qua ad mortis causa donationem recte referuntur, quae omnino in donationibus valent, aliae etiam leges sunt adnumerandae, quibus simpliciter acceptationis necessitas in m. c. donatione probari videtur r). Huc pertinet locus iam supra ad alium finem consequentium laudatus, ubi Marcelli leguntur verbas): Nam mortis causa donatur, "quo praeſens praeſenti dat;" quae verba certissime non simplicem continent enunciationem, sed e

B 5 consilio

r) WERNHER D. de Acceptatione in Donationibus necessaria. Vitembergae 1724. — §. XVI.

s) L 38. D. de m. c. d.

consilio Icti donationis causa mortis definitio
nem ad dissimilitudinem inter eam et m. c.
cpcionem probandam satis idoneam. Quis
quaeso, actum quendam, quo praesens praes-
senti dat, absque mutuo paciscentium con-
sensu intelligere potest t). Itaque etiam ha-
ex re colligi facile potest, de consensu dona-
tarii ad perficiendam m. c. donationem neces-
sarium esse.

§. 15.

Continuatio.

Maximi etiam adiumenti ad probandum
mutui in donatione m. c. consensus necessi-
tatem Papiniani Icti responsa esse videantur
quippe quibus donationes m. c. quaedam de-
clarata donatarii voluntate carentes fideicom-
missa iudicantur, non aliam ob causam, quam
quia pars ad donationem ineundam necessa-
ria sc. acceptatio, in qua defendenda versa-
mur plane non erat adiecta. Primum responsum
haec continet verba u): “Miles ad sororem
epistolam, quam post mortem suam aperit

t) Cf. HOEPNER Theoretisch practischer Commentar über die Heineccischen Institutionen. §. 414.

MÜLLER ad Leyfer Obs. 697,

u) L. 75. de Leg. II.

initio mandauit talem scripsit: scire te volo, domine cōshare me tibi aureos octingentos: fideicommissum deberi sorori, constitit; nec aliud probandum in cuiuslibet suprema voluntate. Placet enim consistere fideicommissum, ac si defunctus cum eo loquatur, quem predona scario remuneratur." --- Ex altero Papiniani responso idem sequitur v): "Donationis praediorum epistolam ignorante filio mater in aede sacra verbis fideicommissi non subnixa depositus et literas tales ad aedituum misit: *Instrumentum voluntatis meae post mortem meam filio meo tradi volo: Quum pluribus heredibus intestato diem suum sibiisset, intelligi fideicommissum filio relictum respondi;* non enim quaeri oportet, sed quem quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur."

§. 16.

Dissentientium rationes et argumenta eorumque refutatio.

Commemoratis omnibus, quibus directe nostra sententia firmari potest atque defendi, mentio quoque earum rationum est facienda, per quas dissentientes acceptationis inutilitatem

v) I. 77. §. 2. cod.

28

tem probare student; et nec quisquam recte
mili negare videtur hisce argumentis ma-
gnam inesse veritatis speciem, quae facile im-
ponere non acutissimo potest. Ipsa horum
argumentorum, quibus nituntur discedentes mort-
refutatio, quam ita suscipere ausim, ut alii nece-
quid in ea breuitati concedatur, haud iniustitu-
lis videtur ad defendendam acceptationis ne argu-
cessitatem. Nostris temporibus PÜTTMANNVS cend-
Ictus Lipsiensis nuper mortuus, vir erudi-
tione atque nitore praestans peculiari *quoddam*
libello x), donatarii consensum in m. c. do-
natione inutili plane atque ad eam perfic-
ciendam minime necessarium esse contendit vissi-
cui ex iisdem fere rationibus adsentit illus
KLÜBER, in eiusdem libelli censura y). Prae-
mo sumtum ex Lege 38 D. de m. c. dona de-
argumentum atque supra lardatum ad propinquu-
bandam acceptationis necessitatem hac re solo run-
peruertique sibi persuadet PÜTTMANNVS z) alii
con-

x) PÜTTMANN Pr. de mortis causa donationes, absente
ibidem et ignorantie donatario facta, iure valida. Lips. 1786.

y) KLÜBER kleine juristische Bibliothek. T. IV. p. 27. —

z) Contrariani sententiam defendit etiam RICHTER D. D.
Acceptatione in Donationibus mortis causa non nec-
saria. Lips. 1744.

recte ut contendat, Marcellum verbis: "quo prae-
sens praesenti dat", ad docendum inter ca-
ile impionem et m. c. donationem discrimen, nar-
horum prasse tantum id, quod in donatione causa
dentes mortis plerumque fieri solet, minime autem
ut alii necessariam donationis ineundae formam con-
inuitituisse. Quae tamen adsertio cum nec vlo-
nis ne argumento munita legatur nil valet ad euin-
ANNVS cendam acceptationis inutilitatem.

erudi

quodan

c. do

perf

intendit

tit ill

Pr

haec

IVSTINIANI

verba

leguntur

a):

Cum

donante

mortis

causa

donatione

dubitabatur

; et alii

ad pro

quidem

inter

ultimo

voluntas

eam posue-

re solle-

runt, et legatis

aggregandam

esse censuerunt;

NVS z

alii autem

inter donationes

quae inter viuos

v

consistunt

eam posuerunt:

dubitare

eorum

explosa,

sancimus

omnes

mortis

causa

dona-

tiones,

absente

Lips. 178

Diss

non nec

ER D.

non nec

Diss

non nec

„tiones, siue iuxta mortem facientis fuerint
 „celebratae, siue longiore cogitatione mortis
 „subsecutae sunt, *actis minime indigere: ne*
 „*que exspectare publicarum personarum prae-*
 „*sentiam, et ea, quae super huiusmodi argu-*
 „*mentis solent adhiberi: sed ita res procedat,*
 „*vt si quinque testibus praesentibus vel in*
 „*scriptis, vel sine literarum suppositione ali-*
 „*quis voluerit mortis causa donationem face-*
 „*re, et sine monumentorum accessione res ge-*
 „*sta maneat firmitate vallata, et nullam in*
 „*ea calumniam accipiat: neque propter hoc*
 „*quod gesta non accesserunt, inefficax esse*
 „*atque inutilis videatur: et omnes effectu*
 „*sortiatur, quos ultimae habent voluntates*
 „*neque ex quacunque parte absimilis eis in-*
 „*telligitur.*” Magna lis orta erat inter eos
 qui Cassio Longino Icto nomina dederant
 interque eos, qui Julianum secuti de quaestio-
 ne, vtrum donationibus *inter viuas b),* an le-
 gatis *ultimisque voluntatibus* adnumeranda
 essent donationes m. c.? Ex Cassianorum sen-
 tentia donationes erant inter viuos; qui Ju-
 liani a partibus stetere ad ultimas voluntate
 refere

b) Ad donationis inter viuos m. c. donatio pertinere nulli
 modo potest, quamquam hoc est certissimum eam evi-
 donationis in genere speciem, quam vocant.

referebant m. c. donatione. Iustiniani hoc non erat consilium, vt Ictorum certamen decideretur, quanquam ab initio videri possit se spectare ad Ictos de donationum m. c. natura diuersas in partes discedentes. Ceterum satis constat ex prima artis interpretandi regula, quaevis iuris capita ex genuina sua sede esse explicanda; Quae vero sedes in praesenti materia perspicitur ad finem legis citatae, vbi satis diserte ait Imperator se non de *forma contrahendi*, sed *effectibus* tantum sentire et hactenus per omnia fere se m. c. donationes ultimis voluntatibus aequi-parasse tradit c). Praeterea etiam haec lex generalis correctoria strictissimae est interpretationis et nequaquam legibus ceteris specialibus, quae acceptationem ad donationem m. c. perficiendam requirunt, derogare potest. Ipsi etiam aduersarii concedunt, donationes m. c. non quoad omnia capita legatis esse aequiparatas et admittunt v. c. haec maximi momenti discrimina: 1) vt Donatio m. c. non, vti legata, ab additione hereditatis pendeat, sed sola donatoris morte confirmetur d) 2) in huiusmodi donationibus, quando quaeratur, an quis capere possit,

nere nulli
a eam est
c) WERTHER I. c. §. 17.

d) L. 52. D. de donat. m. c.

possit, non donationis sed mortis tempus inspiciatur, cum in legatis etiam tempus facti testamenti inspiciendum sit e) 3) Donatio m. c. in singulos annos facta pro vna habeatur f), et ad heredes donatarii quoque transeat, quod in legatis itidem aliter sese habet 4) mortis causa patre permittente et consenteiente filiusfamilias donare possit g), 5) denique non obstante querela inoff. testamenti donatio m. c. sit valida h).

Tertiam denique argumentationem, qua acceptationis necessitas negatur, quaestio haec mota praebet: Quem ad finem requiratur donatorii consensus, cum nihil ominus donatio ipsa ad extremum usque vitae halitum possit reuocari? Soluitur tamen quaestio, sola, vt mihi videtur, admonitione, acceptationem non in eum casum si reuocetur, sed in illum, si accideret, vt ante mortem donantis non reuocata sit donatio necessariam esse.

§. 18.

e) L. 22. D. eod.

f) L. 35. D. eod.

g) L. 25. D. h. t.

h) L. 5. §. 17. de his, quae ut indignis.

Cf. FABER Diss. de legatorum et m. c. donationum differentiis. Gotting. 1763.

§. 18.

Magnum est discrimin inter m. c. donationem in specie interque eam, quae in vim fideicommissi valet.

Ex his omnibus sequitur, m. c. donationem ultimis voluntatibus non esse comparata, nisi respectu *effectus* et quoad *formam* *externam*, ad quam legibus praescripta solennitas, scil. quinque testium praesentia referenda. Certe nisi acceptatio donatarii ad ineundam m. c. donationem requiratur; nulla plane inter eam et fideicommissum esset dissimilitudo, ita ut adnumerata m. c. donatione ultimis voluntatibus, eandem retinere et a legatis atque fideicommissis multis in rebus seiungere (vid. §. 17.) minime opus fuisset.

His mihi satis firmata videtur, cui subscripsi, sententia, quae etiam in causis agendis maximi est momenti. Nam, quainquam m. c. donatio, non adhibito donatario facta, nonnumquam ex alio capite valere potest scil. aut ut *remissio simplex* i) aut in *vim fideicommissi* k), tamen multi interest, vtrum ut donatio m. c. in specie, an ex alio capite seruetur? Etiam v. c. non adita hereditate m. c. donatio validada

i) L. 23 D. de m. c. donat.

k) Arg. leg. 75 et 77 de leg. 2.

da seruatur; sed donatio m. c. sine *donatarii consensu facta*, etiamsi omnibus fideicommissi gaudeat requisitis in hoc casu inualida censemur, quia legata in testamento destituto non valent et haec non acceptata m. c. donatio ex natura *legatorum* sola est diuidicanda. Filius familias deinde patre consentiente m. c. donare potest; non acceptata autem donatio m. c. ex liberalitate filii familias etiam in vim fideicommissi non est valida, quia filiofamilias non competit testamentifactio activa. --- Cetera mittam discrimina, cum hae mihi idonea videntur ad dissimilitudinem docendam inter m. c. donationem in specie validam, et eam, quae ob defectum declarata consensus tanquam fideicommissum seruatu

Thest

atarii
nmissi
i cen
to non
atio ex

Filius
c, do
atio m
n vint
filiofa
o acti
n haec
udiner
speci
declar
eruatu

T h e s s e s.

I. V.

*In negotiorum gestione culpa levissima pae-
standa.*

II.

*Consensus fictus nequaquam est causa obligatio-
num quasi ex contractu.*

III.

*Donatio quingentorum solidorum modum exce-
dens coram iudice competenti fieri debet.*

IV.

Ius suppliciorum ciuitati est denegandum.

V.

*Filius familias ad soluendum mutuum, si Seto
Macedoniano iurato renunciauerit, omnino
tenetur.*

Thes-

VI.

DIS

VI.

Quaestio: vtrum potestas executiva vnì, an pluribus sit tribuenda? quaestio est sola prudentiae, a ciuium cultu dependens.

VII.

Matrimonium ad Legem Salicam in republica non tolerandum.

VIII.

Distinctio inter dolum directum et indirectum in iure criminali probari nequit.


Göttingen, Diss., 1796-97



SB

B.I.G.

Farbkarte #13



COMMENTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
ACCEP TATIONIS,
QVAM VVLGO VOCANT,
NECESSITATE IN DONATIONIBVS
MORTIS CAVSA

Q V A M
S V B A V S P I C I I S R E G I I S
L L V S T R I S I V R I S C O N S V L T O R V M O R D I N I S
A V C T O R I T A T E

P R O
S V M M I S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R I B V S

R I T E C A P E S S E N D I S

P V B L I C E D E F E N D E T

DIE XXX DECEMBERIS C I O C C X C V I I

D E T L E V I C V S F R I D E R . D R E V E S

B O I C E B V R G O - M E G A P O L I T A N V S .

G O T T I N G A E

T Y P I S I O A N N . C H R I S T I A N . D I E T E R I C H .